



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

venire dicit nolle, quia in peccatis perseverare voluerunt.

Abulensis bonos putat viros honoratos; malos, pauperes. Verum recta accommodatione tota difficultas tollitur. Hoc enim solum dicitur serios regios, nullo morum, aut status discriminis passim obuios inuitasse, atque in palatium induxisse. Hoc modo omne genus hominum ad fidem vocatur. Paulus dum persequitur Christum, Cornelius dum orat; nulla gens, nullus sexus excluditur. Serui scientes volentes nullum domino suo inimicum admiserunt, sed cum iudicium de animo singulorum ipsis committitur non fuerit, præsumpserunt esse bonos, quos nescierunt esse malos. Alio autem modo vocari ad Christum bonos, & malos dicemus. Primo quidem ad fidem, & iustitiam primam vocari censentur, & ita omnes qui vocantur sunt mali; sed boni tamen quidam ciuilibiter, non omnino scelerati. atque ita intelligi scriptura posset. Verum malo accipere de iustis, qui fidem habuerunt in Messiam, ut dicantur vocati, ad credendum hunc dominum Christum esse, ut de Cornelio dixi. Sic Iosephus ab Arimathia, alique vocati sunt, ad expressam fidem præsensis Messie.

VERSUS II.

Intrauit autem Rex ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali;

QUESTIO I.

Que vestis nuptialis?

§.1. Syrus vestem conuiuij, seu vestem conuiuialem appellat, ἡ δὲ ὕμνη ἡ νύμφη. Vestis nuptiarum, Constat Christum nolle ut conuiuium in cenaculum admittatur, si secuti sunt, possunt enim mereri, ut eiiciantur.

Primo quidem constituendum est. Vestem nuptialem non esse fidem solum. Et Calvinus quidem negat hic disputandum, an fides sit vestis, an noua vita? Bullingerus: Vestis, inquit, nuptialis est vera in Christum fides, vitæ, sanctitatis: addit vero. Frequentissimum esse conuersationem ac integritatem vitæ per vestem significare. At fide iam ingressi fuerunt, & alij quia increduli fuerant, non venerunt.

Calvinus, etsi, ut dixi, neger disputandum, valde tamen lubricus est. Primo ait: non exprobari ludæis, quod vocationem contempserint, sed eos qui subrogati erant in locum illorum, maturè præmonere, ne suis sordibus sacras nuptias inquinent, ubi Deus mensæ suæ participatione dignatus fuerit. Minari id inde ex hoc munere exterminandos, qui Ecclesiam contumelia afficerent. Non enim omnes qui ingressi sunt participes fore vitæ æternæ, sed qui ornatum dignum cœlesti palatio gestant. Non autem querendum esse, an vestis sit fides, an pia vita, cum separari illa non possint. Ex quo constat eum si prauis, & sine regis offensa celebrandas: nec enim inani fidei titulo Deo placere possunt. At paulò post ait, non aliò spectare Christi verba, quam externam fidem professionem minimè sufficere, ut pro suis Deus agnoscat, quicumque videntur nomen vocationi eius dedisse. Si requiruntur fides & opera, ab utrisque ergò salus dependet: ab utrisque ergò certitudo salutis, sine qua non est secundum Calvinistas villa salutis. Non ergò eò tantum spectant Christi verba, ut ostendant non sufficere externam fidei professionem, sed ut caritatem, spem, ceterarum virtutum ornamenta etiam necessaria demonstrent. Musculus eos, qui veste nuptiali carent, hypocritas esse dicit. Id ex parte verum.

Adamii Conzen in Euang. Tom. I.

est, nam amicorum in locum venit, sed regem non amat, non tamen hypocrita est fidem simulando, sed non diligendo.

§.2. Idem Calvinus: [Secundi sunt, inquit, intrant, & profitentur velle se seruire Deo, interea autem sibi imponunt, quod non habeant veram radicem, ut Simon magus, qui non simulabat se fidelem, sed conuersus in animo veritate Evangelij proficebatur eam: at non habebat radicem, quemadmodum illi Petrus exprobat Act. 8. 13. Tales certe sunt, quibus Dominus impertitur Spiritum suum, & quos ad tempus dumtaxat illuminat, deinde suæ ingratitude merito deserit, & maiori percutit cœcitate.]

Hæc cæteris Calvinianis sunt contraria, qui deferunt in Colloquio Mompelgartensi profitentur, verborum illorum: Simon credidit, sensum esse, credere se simulauit; itaque & ille, qui veste nuptiali caruit, non simulauit fidem. Nam de veritate conuictus est, à Deo illuminatus, & spiritu Dei donatus, deinde vero ab eodem desertus. Si ficta fuit, non vera fides, non fuit illuminatio à Deo, sed abominata simulatio, quæ à Diabolo venit. Nec deseruntur à Deo, quorum Hypocritis ille detegit. Hinc sanè constat, nullum esse debere de salute securum, quia hic conuiua regis, de mensa ad supplicium trahatur. Intrata, discumbebat, cibo regio vescabatur, sed persecrantia defuit. Hinc coactus rei veritate Musculus vocationem efficacem solis, ut plurimum, electis dari scribit, cum cæteri Calviniani solis omnino electis eam tribuant. Si ut plurimum, non igitur semper.

Efficace vocatione, ut plurimum, solos electos Deus dignatur. Calvinus l. 4. institut. cap. 14. §.29. Hunc per solam fidei professionem ingressum tradit. [Illud verbum Domini de multis vocatis, paucis autem electis: pessime in eum modum accipitur: ut germanum sensum habeamus, notandum duplicem esse vocationis speciem. Est enim vniuersalis vocatione, quæ per externam verbi prædicationem, omnes pariter ad se inuitat Deus: etiam quibus eam in mortis odorem, & grauioris condemnationis materiam, proponit. Est altera specialis, qua, ut plurimum, solos fideles dignatur: dum interiori sui Spiritus illuminatione efficit, ut verbum prædicatum eorum cordibus insideat. Interdum tamen ijs quoque impertitur, quos ad tempus dumtaxat illuminat, deinde suæ ingratitude merito deserit, & maiori percutit cœcitate.]

Itaque à Caluino hoc Musculus est mutuatus. Sed tamen ipse Calvinus fatetur, etiam reprobos aliquando illuminari. Zuinglius fide internâ, & operibus caruisse dicit, communi errore, quod ista inseparabilia existimaret. Hoc tamen experientia refutat. Sunt in Ecclesiâ non modo boni, sed & mali, fide præditi sunt: per eam enim sunt in Ecclesiâ, per eam vocationi paruerunt. Qui enim in Ecclesiâ damnantur, non de fide, sed de vitâ iudicantur. Stant ad sinistram, nec arguuntur perfidiæ, sed immiseri cordiæ.

§.3. Hieronymus vestem nuptialem appellat præcepta Domini, & opera, quæ ex lege & Evangelio complentur, & efficiunt nouum hominis vestimentum. Eodem modo cæteri patres appellant opera, aut caritatem. Orig. hunc in locum. Ambros. Sermon. 14. de natali Domini. Euthym. Theodoretus ad Græcos infideles ὅτι τῆς παρακλῆς ἀρετῆς pag. 167. Καὶ τὸν ἐσθλὸν καὶ βέλῳ μένον ἐκ ἀρετῆς ἔχοντα τῶν δαιμονίων ἐχώρει, καὶ τῆς δοξῆς ἐξέλασε. Et non indurum veste nuptiæ conueniente, à conuiuiis separauit, & epulis expulsi.

Plures eodem loco in hanc rem parabolas colligit, & concludit more Philosophico verissimo dicto.

Mm 2

"Obingra-
ritudinem
deseritur."

Calvinia-
norum pu-
gna.

Vocatio ele-
ctorum.

Caluini-
ana voca-
tio.

Per fidem
in Ecclesiâ
sumus.

ὅτι μὲν ἔσθ' ὁ δῶτα ἢ γινώσκῃ τῆς ἀρετῆς ἀπὸ τῆς ἐκείνου καὶ τοῦ
τοῦ δῶτα. Sufficenter ergo ista demonstrant, cognitionem
practicā virtute indigere.

Et Apoc. cap. 3. 17. Ephes. 4. 24.

Per fidem certē ingressus est in cenaculum: quia
verō vestis nuptialis seu charitas defuit, ex Ecclesia in
tenebras inferas detrusus est.

Hoc ipsum similitudo postulat: non enim in con-
uiuio regio satis est, regem credere suum dominum
esse, mensā asidere, opus est etiam honesto decenti-
que cultu, honoratum ceterum non deformare. Itaq;
Origenes illos esse dicit, qui malitiam seruant post
fidem.

Vestis nu-
ptialis non
est fiducia.

§. 4. Non est etiam fiducia specialis de prædesti-
natione, & remissione peccatorum. Lutherus inter-
pretatus est, Christum per fidem indurum. Hoc est,
specialem fiduciam. Melanchthon, fidem, quæ est sola
interna, & absoluta iustitia. Multum tamen ab illis
distat, qui fidem mendicam manum interpretantur.

Erasmus Sacerdus ait, fidem esse efficacem, nec
posse de operibus intelligi. Fides autē efficax illis fi-
ducia dicitur. Lutherus alioqui opera omnino solet
excludere, ut sordidos, & impuros regis mensæ offe-
rat. Aliter omnino veterum oracula, Augustinus l.

22. cap. 19. contra Faustum & contra Donatistas post
collationem cap. 20. & tract. 9. in Ioan. & l. 22. c. 14.
contra Faustum, per vestem nuptialem intelligit vitæ
honestatem, ea enim visa in hominibus Deus glorifi-
catur. & Hilar. in Psal. 64. ornatum spiritualium vir-
tutum esse docet. Ambros. in Lucam, fidem per cari-
tatem operantem. Greg. hom. 38. in Euang. esse cari-
tatem. Chrys. hom. 9. in Ioan. vitam puram interpre-
tatur, deniq; Iren. l. 4. c. 70. contra hæreses esse opera
iustitiæ.

Quæ interpretationes eodem recidunt.
Nempe fidem nullo modo satis esse, sed charitatem,
eiusque opera, nouitatem vitæ, integritatem, esse ne-
cessaria in nuptiali conuiuio regis permansuro. Ve-
rissime Chrys. loco citato. Ne existimemus nobis fidem
ad salutem satū esse, Charissimi, nisi enim puram vitam exhi-
buerimus, &c. Et hom. 70. in Matth. Non est Augusti-
ni diuersa sententia, qui contra Faustum: Sine veste nu-
ptiali nuptias adit, qui querit ibi gloriam, non sponsi, sed su-
am. Et Hilarius, vestem nuptialem esse gratiam spiri-
tus sancti, & candorem habitus celestis.

VERSVS 12.

*Et ait illi: Amice quomodo huc in-
trasti, non habens vestem nuptia-
lem: At ille obmutuit.*

QUESTIO I.

Quare obmutuit?

§. 1. **G** Ræce ἐκκεῖθεν, capistratus est: quod ita tactu
isse significat, ut vocem soluere non posset.
Syracæ est Ἐσθ' ἡ βασις. quali seipse constri-
xerit, & silere fecerit. Nam contemptu regis, non in-
opiā, aut calamitate aliquā veste sordidā indutus ve-
nit: nec contra decorum rex tam ardentem irasci dici-
tur, nam sordes coniugæ, tyrannidis eum accusabant,
quasi subditis luctuosum esset regium matrimonium.
Omnibus autem, antequam mensæ adhiberentur, ve-
stes datæ sunt, ut esset regium, non mendicorum con-
uiuium. Hanc ille vel contaminauit aut perdidit, ut
sordidus veniret, totique conuiuio esset probro. Nul-
lam itaque excusationem præterdit, ne tentauit qui-
dem. Nam aures regia vox verberat, conscientia, men-
tem flagellat, & se reus ipse condemnat. Itaq; statim

ad poenam rapitur. Ἐπὶ τῇ καὶ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, inquit,
& eycite.

VERSVS 14.

*Multi enim sunt, vocati pauci vero
electi.*

QUESTIO I.

*Quomodo huic loco conueniat Epiphonema: Multi
sunt vocati, pauci electi?*

§. 1. **P** Roposito Christi, ac toti parabolæ sententia
repugnare videtur. Vnus ex tam numero-
so conuiuio expellitur, infert tamen dominus. Multos
vocatos, vnum eiecit. Quidam ad omnia supe-
riora referunt. Multi enim vocati sunt, sed pauci electi,
nemo enim ex illis, qui primo loco vocati sunt, ve-
nit. Augustinus contra Donatistas post collationem.
Vnum ait sustinere personam omnium reproborum.
Id quidem verum est; nam de illo solo mentio est,
cum alij plurimi sint cieci.

Mihi tamen simplicissimus sensus esse videtur. Ut
vulnerit Christus probare non omnes, quos Deus
vocat fide, alijque bonis instruxit, fore saluos, &
quia mirabantur ex medio conuiuio illum abire, &
seuerum mandatum pronunciari in ipsā lætitiā pu-
blicā, adeoque mandati supplicia, & administrari, oc-
currere voluit tacitæ obiectioni, nempe non mirum
esse hunc eijci, multis id euenturum, multos enim ef-
se vocatos, paucos electos, omnibus ita cautè ac sol-
licite agendum, ut vocationi obsequantur. Videba-
tur quidem sufficere ratio, si diceret, multos vocatos,
non omnes electos, ita mirum non esse, si ille voca-
tus exterminaretur. Sed vñus est Dominus rationes,
quæ & hoc ostenderet, & plus conficeret, magnamque
terrorem cunctis iniiceret.

Monuit itaq; S. Athanasius de veritate non ex opo-
nitione multitudinis esse iudicandum, nec sequendum
in actionibus populum, nec tatum est enim huius
ἀποφύγειν viam, qua populus graditur. Maxima pars
affectum, non rationis est sectatrix. Verba Athana-
sij, τίς οὐκ.

VERSVS 16.

*Et mittunt ei discipulos suos cum He-
rodianis, dicentes: Magister sci-
mus quia verax es & viam Dei in
veritate doces, & non est tibi cura
de aliquo: non enim respicis perso-
nas hominum.*

QUESTIO I.

Qui Herodianæ?

§. 1. **Q** Vidam aiunt Sectam fuisse ex Induismo &
Paganismo, Syrus ait fuisse de domo Hero-
dis: nam ille circa pascha Ierosolymam venerat. Alij
Herodem noluisse Romanis tributum pendere, alij vo-
luisse eum dari censum Romanis, quod non videtur
dubium, cum Romanæ esset potestatis ciens, & adul-
lator, possideretque regnum, ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν ἡ βασιλεία, ut
tributa penderet constituta, ut docet Appianus. Alij
Herodem Magnum pro Christo habitum ex Gene-
seos cap. 49. 10. Non auferetur sceptrum &c.

§. 2. Sectam aliquam, & quidem pestiferam fuisse Herod-
ianorum illis Marci verbis docemur, quibus nos
cauere iubet à fermento Phariseorum & Herodæ, cum sit
autem per fermentum intelligat doctrinam, non est
dubium, specialiter noxios fuisse Herodianorum
errores.